Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">

fere

et q̃ te vastant vastabunt. Cunctosq; pdatores tuos dabo i pdam
Obdurabo enim aures tuas et a mulieribus tuis sanabo te dicit dns
q̃ eiectam vocauerunt te sion hic est q̃ no habebit requirentem. hec dicit
dns. Ecce ego commutabo conditionem tabernaculorum iacob et tentoria eius
misereor. Et edificabitur ciuitas i excelso suo et ꝛ̃pl̃ uno ordine
suo fundabitur. Et egredietur de eis laus vox q̃ ludentium et multi
plicabo eos et no minuentur et glorificabo eos et no attenuabuntur
et erunt filii eius sicut a principio et cetus eius coram me permanebit
Et visitabo aduersos omnes qui tribulant eos et erit dux eius ex
eo et princeps de medio eius pdibit. Et applicabo eum et accedet ad
me. Quis enim iste est q̃ applicet cor suum ut appropinquet mihi ait dns
et eritis mihi i populum et ego ero vobis i deum. Capitulum xxxi

Ecce turbo dni furor egrediens procella ruens i caput impio
conquiescet. Non auertet ira indignationis dni donec faciat et
complet cogitationes cordis sui. In nouissimo dierum intelligetis eam
In tempore illo dicit dns ero deus omnis cognationis israhel
et ipsi erunt mihi i populum hec dicit dns Inuenit gratiam i deserto populus
qui remanserunt gladio vadit ad requiem suam israhel longe dns
apparuit mihi et i caritate perpetua dilexi te idcirco attraxi te miserans
Iterumque edificabo te et edificaberis virgo israhel adhuc
ornaberis timpanis tuis et egredieris i choro ludentium. Adhuc
plantabis vineas i montibus samarie plantabunt plantantes
et donec tempus veniat no vindemiabunt quia erit dies i qua
clamabunt custodes i monte ephraim surgite et ascendamus i syon
ad dnm deum nrm q̃ hec dicit dns exultate i letitia iacob et
hinnite coram capite gentium psonate et canite et dicite saluum
fac dne populum tuum reliquias israhel. Ecce ego adducam eos de terra aquilonis
et congregabo eos ab extremis terre inter quos erit cecus et claudus
dns et pregnans et pariens simul cetus magnus reuertentur
huc in fletu venient et i misericordia deducam eos et adducam
eos p torrentes aquarum i via recta et no impingent i ea. quia
factus sum israheli pater et ephraim primogenitus meus est
audite verbum dni gentes et annuntiate i insulis q̃ procul sunt
et dicite Qui dispersit israhel congregabit eum et custodiet eum